VITT EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
32 - B
23

P
IV
5

8.32.B.26

ANTONII MASSAE GALLESII IVRISCONSVLTI DE ORIGINE, ET REBVS FALISCORVM LIBER.

Bibliothecæ P.P. Scholarum Piarum S. Panti.

ROMAE M. D. XLVI.

ANTONII MASSAE GALLESII IVRISCONSVLTI DE ORIGINE, ET REBVS FALISCORVM LIBER.

MAGNA profecto,atq; adeo dulcis quædam res eſt Amor in patriam, ut non immerito multi cũ noſtra, tum maiorum noſtrorũ memoria clariſſimi viri ꝑ patriæ ſalute,ſeq; fortunaſq; ſuas deuouere,ac morrẽ ipſam libenter, nedum conſtanter oppetere non dubitarint. Quippe qui probe intelligerent, Naturam rerum omnium(ut ita dicam) parentem,non temere, ſed conſulto naſcenti cuiq; certum vnum circumſcripſiſſe locum,in quo nimirũ uerſari,quem cum voluptate intueri,ac præ cæteris omnibus in oculis ferre, cui deniq; ſe, ſuaq; omnia ardenti ſtudio conſecrare,ut pulcherrimum,ita etiã optimum iudicarent. Nam quid, obſecro te per Deum immortalem,ſi modo non iniqui rerum æſtimatores eſſe uolumus,quid(inquam)nobis ex omnibus reb⁹ humanis, aut charius,aut dulcius,uel iucũdius eſſe poteſt, aut debet, q̃ ea altrix nataliſq; ſedes unde ſuauiſſimam hanc lucem,qua fruimur,unde uitam ac ſpiritum quem ducimus,unde tot bona,tot cõmoda quibus vtimur, ſermonem ſcilicet ac diſciplinam,inſtituta vitæ,leges,cærimonias,cultuſq; Deorum immortalium accepimus? quamquã enim chari ſunt parentes,chari liberi,propinqui,familiares,omnes tamen omniũ charitates patria una ita complexa eſt, ut Vlyſſem illũ Homericũ, & merito,& iure ſuam illam patriam Ithacam(affixam li-

;cet quendam quaſi nidulum aſperrimis ſaxulis)tã-
ti feciſſe memoriæ proditum ſit,ut eam delatę im-
mortalitati anteponere minime recuſauerit,dũmo-
do illius ſaltem tumũ contueri ſibi tandem liceret.
Quæ quum ita ſint, quumq; auctore Cicerone ni
hil porro tam ĩhumanum,tam immane,tam ferum,
q̃; committere ut beneficio nõ dicam indignus, ſed
victus eſſe videare. Equidem arbitror ullam neq;
aptiorem, neq; maiorem gratiam pro tot tantiſq;
muneribus patriæ referri ab ijs qui eius opes ampli
ficant,quam ab ijs qui illius gloriæ, qui dignitati,
q laudi enixiſſime ſtudẽt,q primæ illius originis &
antiq̃tatis,& loci,& ſitus, & rerũ geſtarũ memoriã,
nõ ſolũ ab obliuione hominũ atq; a ſilẽtio ꝑpeq; ab
interitu uindicare,ſed ẽt fidelibꝰ literarũ monimen
tis æternitati cõſecrare quã poſſunt diligẽtiſſime cõ
tendunt. Quamobrem quum ego quoq;(ut Vlyſſis
illius utar uerbis, quem apud Alcinoum Phæacum
Regem ita fere loquentem Homerus inducit) Cer
nere nil aliud patria iucundius unquam Ipſe queã,
quumq; nulla alia ĩ re æque ſuauius aut iucundius
conquieſcam,quam in amore,grataq; recordatione
Patriæ,gentiſq; meæ,cui plurimis maximiſq; benefi
ciorum uinculis obſtrictum me eſſe ſentio:nihil om
nino ſit quod uehementer malim quam illi me &
gratum eſſe,& uideri,rem profecto ut non inutilẽ,
ita nec iniucũdam ciuibus meis prę̃ſtaturum me ar-
bitratus ſum,ſi a primordio gẽtis noſtræ orſus qui
primi Faliſcorum auctores extiterint,quibus parue
rint,quæ primũ loca, quaſue regiones obtinuerint,
quibus cum bella geſſerint,quibus legibus atq; inſti-
tutis obtemperauerint, quos deniq; Deos, Deaſq;
quibus cerimonijs,quibuſue ritibus coluerint,cæte-

raq; id genus omnia quæcumq; uel apud probatiſſimos locorum geſtarumq; rerum ſcriptores didicerim,uel in peruetuſtis monumẽtis legerim,uel quæ ipſe inuenerim,hactenus,quod ſciam,aut non ſatis cognita,aut certe parum a noſtris animaduerſa,hiſce cõmentariolis ad memoriam poſteritatis cõmendarem,vt hac re ſaltem,& ſi non parem eius merito, at pro meo tamen ſtudio debitam gratiam benemerenti patriæ perſoluiſſe uideri queam, ijs præſertim temporibus,quibus ea quæ de Faliſcorum noſtrorum origine ac ſitu ab antiquis ſcriptoribus accurate prodita ſunt,aut propter iudiciorum quorũdam infirmitatem, aut certe propter ipſam rerum uetuſtatem,adeo obſcura,tamq; multis ac uarijs difficultatibus obſtructa ſunt, ut pleraq; nõ modo dubia,& incerta,ſed etiam falſa atq; inania paſſim circumferãtur. Quibus ut hiſce tandem cõmentariolis ut ut poſſem occurrerẽ,dulcis me Patriæ pietas impulit,cuius dignitas,& gloria,ita mihi dies nocteſq; ante oculos obuerſatur, ut ueriſſime a vate illo tamquam ab oraculo dictum exiſtimem. *Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit,& immemores non ſinit eſſe ſui.* Sed iam tempus eſt,ut his omiſſis ad id quod inſtituimus adiuuante Deo tandem aliquando accedamus.

ETRVRIAM Partiti ſunt Cato, et Silius, in maritimã, tranſcyminiã, & ciſcyminiã, ita ut ciſcyminia pars quicquid eſt inter Vrbẽ Romã, regionẽ maritimã, Cyminia iuga, & Tyberim cõplecteret. Quo in ſpatio erãt Sutriũ, & Nepe Vrbes adhuc extãtes cũ agris ſuis: Capenates, Faliſci, & Veientes populi: Hos quinque populos cis Cyminium montẽ fuiſſe nemo (ut puto) niſi regionis ignarus negauerit, præſertim qui ſequentia legerit, Verumtamen quia nõ nulli ſunt qui de Faliſcorum ſitu lõge aliter ſentiãt, exiſtimantes ſcilicet eum locum qui nunc ad lacum Vulſinienſem appellatur vulgo Mons Flaſconus, fuiſſe Faliſcorum montem, & eam planitiem quæ inter Viterbium, & montem Flaſconum iacet, Faliſcos eſſe campos, Idcirco non alienum fortaſſe fuerit ab inſtituto noſtro, ſi q̃ꝫ hi longiſſime abſint a vero ex duobus potiſſimũ Liuij locis demonſtrauero, ne in eum errorem alij quoqꝫ deinceps falſa hac nominum decepti ſimilitudine labantur. ſcribit enim his verbis libro quinto Decadis primæ, Nec Veijs melius geſta res eſt, & auctum eſt bellum aduentu Capenatium, & Faliſcorum. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regiõe erãt, deuictis Veijs bello quoqꝫ Romano ſe proximos fore credentes, Faliſci priuata etiã cauſa infeſti: quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerant. Idem præterea libro nono Decadis eiuſdem, Quum Faliſcorum, & Capenatium agros a Romano exercitu ſæpenumero igni, ferroqꝫ vaſtatos, ipſoſqꝫ demum in Romanorum poteſtatem ueniſſe retuliſſet, ac ſubinde bellum, quod cum Etruſcis qui Sutrium obſederant, duce Q. Fabio Conſule geſſerunt, deſcripſiſſet, fugatis tandẽ Etruſcis, ita ſcriptum reliquit. Tum de perſequendo hoſte

agitari cœptũ, ſilua erat Cyminia magis tum inuia atq; horrẽda q̃ nuper fuere Germanici ſaltus, nulli ad eam diem, ne mercatorum quidem, adita, eam intrare haud fere quiſq; præter ipſum Ducem audebat, aliis omnibus cladis Caudinę nõdum memoria exciderat, & tandem ſubdit, ꝙ pręmiſſis ſpeculatoribus, et cognita locorum natura, iuga Ciminij mõtis occupat, inde cõtẽplatus opulẽta Etruriæ arua milites emittit, & paulo poſt ſubdit: eo forte. V. legati cum duobus Tribunis plebis venerant, denunciatum Fabio Senatus uerbis, ne ſaltum Cyminium trãſiret, lætati ſerius ſe q̃ ut impedire bellũ poſſent ueniſſe, nuncii victoriæ Romã reuertũtur. Quibus ex verbis, quis non uidet, quis non intelligit, quam facile iſtorum inſcitia coargui, conuiciq; poſſit? primum enim, qui fieri poteſt? ut mons ille, qui Catoni eſt Fiſcon, nos uero corrupte Flaſconũ appellamus, longeq; abeſt ab vrbe, Faliſcorum fuerit? quum Faliſcos ipſos (teſte Liuio) proximos regione Veientibꝰ extitiſſe conſtet? Deinde ſi campi illi qui trans Cyminium iugum Fiſconi mõti, Viterbioq; ſubiacent, Faliſci campi cenſendi ſunt, ut iſti contendunt, mirum quid eidem Liuio in mentem uenerit, ut iam toties deuictis Faliſcis, atq; in Romanum tandẽ imperium, ditionemq; redactis, aperte tamen diceret, teſtareturq; Romanum exercitum nõ niſi poſt fugatos a Q. Fabio Conſule Etruſcos Cyminij mõtis ſiluam primum pertranſiſſe, nulli ad eam diẽ nec mercatorum quidem aditam, ne dicam, quod ſuperato tum demũ Cyminij iugo quum & Vulſinienſium & Peruſinorum, & Cortonenſium, & Aretinorum, qui trans Cyminium ſunt, Etruriæ populorum meminerit, de Faliſcis ne verbũ quidem ullum fecerit.

Quid?quod iſtos latuit ex probatis auctoribus eſſe clarum,ut ex dicendis apparebit,unum eundẽq; fuiſſe dictum Faliſcorũ montẽ,& Soracte ex Vrbe Roma conſpicuũ.His accedit Strabonis autoritas,quo teſte aliqui Falerios in Tuſciæ regione minime locandos eſſe aiunt,ſed Faliſcos per ſe gentem,cui etiã Gratius poeta adſtipulatur, qui in libro de venatione Faliſcos a Tuſcis diſiungit.Nemo autem dubitauit unq̃;,an mons Flaſconus,et illi vicinus lacus Vulſinienſium,& demum quicquid eſt ultra montẽ Cyminium in Tuſciç regione comprehendatur.

Sed reuertamur ad id unde digreſſi ſumus. Capenates a Capena Vrbe primaria cognominati,Cyminium ipſum Romam uerſus, &reliquos adiacentes monticulos incolebãt,quæ vulgo nunc dicitur Mõtaneola,In qua extat etiam oppidum, Capenæ nomen ſeruans,licet corupto vocabulo appelletur vulgo Canapina. Veientes item,a Veiis principe ipſorum ciuitate ſic dicti,poſſidebãt quicquid agri eſt a Cremera fluuio Vrbi in pratis uicino uſq; ad Soractis Faliſcorum montis confinia,ubi nunc eſt oppidum Arinianum inter Tyberim,& maritimam regionem atq; agrum Nepeſinum. Faliſci vero tenebant quicquid reliqui eſt ab Ariniano & Soracte ad amnẽ Vetiam, qui e Cyminio mõte in Tyberim labitur inter Tyberim ipſum,& Nepeſinum Capenatemq; agrum. Nepe Ciuitas,ut auctor eſt Liuiꝰ, libro VII.prius ſocia Romanorum ,cum fuiſſet ꝑ deditionem ab Etruſcis occupata,per Camillum,et Valerium recuperata eſt, ſecuri percuſſis deditionis auctoribus, innoxiæ multitudini redditę res,oppidumq; cum præſidio relictum,donec tertio deinde anno triumuiri Nepete coloniæ deducendę creati

ſunt,

ſunt,qui eam deduxerunt. Sutrium Romanorum ſocietatem ab initio contractam ſemper obſeruauit, & quanq; Etruſci cum Romanis bellum geſturi ſemper Sutrium,& Nepe occupare contenderint ac ſæpius occupauerint, ſemper tamē Sutrini ſunt a Romanis defenſi,& uindicati. Namq;(inquit Liuius libro VI.)cum ea loca oppoſita Etruriæ,& uelut clauſtra inde portæq; eſſent,et illis occupandi ea, cum quid noui molirentur,& Romanis recuperandi tuendiq; cura erat. Quomodo aūt Veientes, & Capenates in Romanorum uenerint poteſtatem ex iis quæ non ita multo poſt de Faliſcorum rebus geſtis exponam, manifeſtiſſime apparebit. De Ciſcyminia hac regione Silius VIII.libro.(enarrans q duce Galba Romanis aduerſus Annibalem auxilio fuerīt) inquit. Hos iuxta Nepeſina cohors,æquiq; Faliſci:Quiq; tuos Flauina focos, Sabatia quiq; ſtagna tenēt,Cyminiq; lacum,qui Sutria tecta, Haud procul & ſacrum Phœbo Soracte frequētāt. Virgilius autem qui cōtra Aeneam duce Meſapo iuerāt in bellum referens,ait. Hi Feſcēninas acies, æquosq; Faliſcos: Hi Soractis habent arces,Flauiniaq; arua, & Cymini cum monte lacum, lucoſq; Capenos. Vterq; tamen Veientes ſubticuit, propterea quod (vt ego quidem exiſtimo)deleta iamdudum Ciuitate tū uiciniore tū infenſiſſima,illius nomē Romanis odioſum eſſet. Hæcq; de uniuerſa Etruria ſimul & Ciſcyminia dicta ſint. Cæterum quia nobis de Faliſcis eſt ſermo inſtitutus, omiſſis aliis, dicemus ea quæ de vniuerſis etiam Faliſcis occurrunt. Quā late pateret hæc Faliſcorum regio,pro certo dicere mihi difficile eſt,præſertim cum videam eos interdū longius eſſe progreſſos,atq; etiam Alſium in littore

thuſci maris,ubi nūc eſt arx ſanctæ Seueræ dicata, ab Haleſo Faliſcorum auctore conditum eſſe. Illud igitur facilius erit oſtendere, intra quos terminos neceſſerio continerentur Faliſci, quo tempore cum Romanis bella geſſerunt. Quum enim orientē uerſus eſſet fluuius Tyberis,& ultra fluuium Sabini,et Amerini:ad Meridiē uero,& vrbem Romam eſſent Veientes, quorum primaria ciuitas decimo tertio diſtabat lapide ab vrbe Roma.eratq; ex ea parte etiā mons Soracte Faliſcorum, Neceſſe eſt fines inter Faliſcos & Veientes extitiſſe inter Soractem & vrbem Veientum;quaſi dixeris circa oppidum Arinianū, diſtans ab Vrbe xx.lapide, Ab occidente Sole erat Nepe Ciuitas adhuc extans,& Capenates populi, de quibus eſt dictum. A Septentrione erat mōs ipſe Cyminius,cum ſilua illa uſq; ad Fabium conſulē inuia & horrenda,ac demum Vadimonis lacus,qui bus diſterminari Faliſcos a Vulſinienſibus populis & agro Ferentinate uerisimile eſt,tum ex qualitate ſyluæ,tum ex ipſo lacu ad quem ueluti ad communem quendam locum initiari ſolita erat militia Tuſca. Poterat igitur poſſideri a Faliſcis hæc regio ſecundum Tyberim e conſpectu ſuperiorum Sabinorum & agri Amerini,ab Ariniano ad Vadimonis lacum,longitudinis millium paſſuum plus minus uiginti trium,latitudinis ferme ſeptem, vbi minimum quatuor,quo in ſpatio nunc ſunt Caſtrum ſancti Silueſtri in iugo Soractis,Stabia,Ciuitas Caſtellana,Fabrica,Corchianum,Burgum ſancti Leonardi, Galleſium, Baſſanellum, Orta, Baſſanum Munianum, Polymartium. Sed illud mirandum eſt,quod Eutropius in fine Libri ſecundi, & Oro

ſius in quarto libro, ex tam breui & anguſta regiun-
cula, dicunt uno prælio quindecim milia Faliſco-
rum Quinto Luctatio A. Manlio Coſs. fuiſſe
cæſa, cæteris pace conceſſa. Qui autem hominũ
ante Faliſcos eam regionem tenuerint, explicatu
difficile eſt, propter eam quæ inter antiquitatum
ſcriptores eſt diſcrepantia, certior mihi tamen ui-
detur Dionyſij ſententia, qui de Pelaſgis in Italia
profugis loquens ait, Multas Vrbes alias quidem
antea Siculis habitatas, alias autem ipſi conſtruen-
tes una cum Aboriginibus Pelaſgi incoluerunt.
quarum vrbium eſt Cæratinorum vrbs, quæ tunc
Agylla uocabatur, & Piſa, & Saturnia, Alſiumq;,
& aliç quçdam, quç poſt longũ tempus ablatç ſunt
a Tyrrhenis. Faleria autem, & Feſcennium & æta-
ta mea habitatç erant a Romanis, paruas adhuc
quaſdam ſeruantes reliquias Pelaſgi generis, quæ
Vrbes prius fuerant Siculorum, hactenus Diony-
ſius. Faliſcos nomen fuiſſe totius gentis, Falerios
autem Ciuitatis dumtaxat eorum principis haud
obſcure intelligi poteſt non ſolum ex M. Catone
& T. Liuio, cuius verba inferius loco ſuo referemꝰ,
uerum etiam ex Plutarcho, qui in Camillo in hunc
fere modum ſcribit, Camillus ſumptis copijs
aduerſus Faliſcos impetum fecit, & Falerios Vr-
bem ad bellum munitam omnibus rebus bellicis
habentes, Caſtris circuit, ſic certe obſidionem Fale-
rijs deſpicientibus. &c. & non multo poſt, Su-
bito Falerij poſtquam proditionem magiſtri ludi
ſenſerunt. &c. & deinde, Redactis in ditionem Ro-
manorum Falerijs, factaq; pace cum omnibus Fali-
ſcis, Camillus uaſa colligere iuſſit atq; diſceſſit,

Regio tota,excepto Soracte, & qbuſdã iuxta Tyberi collibus,fere plana eſt:niſi ꝙ crebris, confragroſis,& inter ſaxoſas rupes profundis aquarum perẽnium alueis interrumpitur,omnium fere ſegetum, arborum,fructuum, & armentorum feraciſſima.
Princeps uniuerſæ regionis Ciuitas erat Faleria ſeu Falerii,quam ab Argiuo Falerio conditam eſſe teſtatur Solinus,& quã exemplo Iuſtitiæ Camillum Romanorum poteſtati ſubdidiſſe,nemo eſt qui neſciat, eadem ſucceſſu temporis corrupto uocabulo Falaris cæpta eſt dici,quod & Macrobius uſurpauit,& alii nonnulli, & ſeruant eius ruinæ,quæ ſtantibus ad huc mœnibus uidentur, & Falaris appellantur. quemadmodũ ea quæ iuxta eſt planities, dicitur vulgo Falarienſis,In perantiquo etiã (quod vulgo dicũt)Martyrologio id ſcriptum reperi,Pridie idus Auguſti ĩ vrbe Falari ſanctorum Gratiliani,& Fœliciſſimæ virginis,quorum primum ora lapidibus ꝓ Chriſto ſunt contuſa ,deinde gladio percuſſi optatam martyrij coronam ſuſceperunt. Fuit autem ea Ciuitas Epiſcopali quoq; dignitate ornata,ac multis poſt Chriſtum natum ſęculis habitata,quod patet ex ſynodo habita Romæ ſub Gregorio tertio papa circa annos Dñi D C C. X X X,& altera ſub Nicolao primo circa annos Dñi DCCCXVI.qbus inter alios epiſcopos,illi uidelicet Tyburtius, huic Ioannes Falaritani epiſcopi ſubſcripſerunt. Erat ea ciuitas antequã a Romanis ſubigeretur una ex prĩcipibus Etruriæ ciuitatibus,e quibus magiſtratus annui numero pari ad regendum uniuerſam prouĩciam mittebantur,dicti Lartes,& Lucumones,quod ex uno Liuio poſſet affirmari,cum is ſæpenumero ſcribat Faliſcos Fanum Volturnę in cõmuni Etrurię

Concilio interfuiſſe, niſi ex aliȷs pleriſq; locis eſſet
manifeſtum,ut interim Blondi quoq; foroliuienſis
teſtimonium omittam. Quando autē deſolata fue-
rit pro certo non comperi,ſed coniectura ueriſimile
eſt id accidiſſe per Albericum Etruriæ marchionem,
qui Ioannis decimi eius nominis papæ odio ductus
circa annum domini nongenteſimū & decimū ſep-
timum Orta munita,ibi ſe recepit,& Vngaros pre-
miȷs ſollicitatos in Italiam uocauit,qui prouinciam
ingreſſi plus prope calamitatis Italiæ intulere, quā
olim Saraceni,neq; ipſis quidē Etruſcis pepercere
quos oportebat ex fœdere Alberici eſſe itactos, imo
uero magis in hos quā in cæteros Italos eſt ſæuitū,
incenſis & euerſis omnibus fere oppidis quæ ipſi oc
cupauerant ,præter Ortam ab Alberico munitā,nec
poſt id tem pus ullam de Falari habitata mentionē
inueni . Ex Ipſa aūt Faleria, ſiue ex alio huius re
gionis loco natus eſt Gratius poeta quod ipſe teſta
tur in eo uerſu.At contra noſtris imbellia lina Fali-
ſcis.Quantus autē hic poeta fuerit,ex P.Ouidiȷ sē
tentia iudicari poteſt,qui in illuſtrium ſui temporis
Poetarum enume ratione hunc Virgilio mox ſub-
iungendum duxit illis verſibus qui ſunt in ultima
elegia librorum de ponto.Tityrus ātiquas et erat q
paſceret herbas,Aptaq; venāti Gratius arma daret.
de quo etiam tum primum in lucē edito et ad ſe de
lato Pontanus hæc dicit,viſus eſt mihi vates ille le-
pidus ,numeroſꝰ,& terſus . Inter illuſtria Faliſco-
loca mōs erat Soracte, quod teſtatur Porphyriꝰ in
oden:Vides ut alta ſtet niue candidum Soracte,&
Cato dicens.Soracte Faliſcorum mons,& Plinius
Libro. V I I . Haud procul ab vrbe Roma in Fa-
liſcorum agro Familiæ ſunt paucæ,quæ uocantur

Hirpiæ,quæ ſacrificio annuo quod fit ad montem Soracte Apollini,ſuper ambuſtam ligni ſtruem am bulantes non aduruntur. & ob id perpetuo Sena-tus conſulto militiæ omniumq; aliorum munerum vacationem habent. Hinc & Virgilianus Aruns ait, Summe Deum cuſtos ſancti Soractis Apollo, Quem primi colimus,cui pineus ardor aceruo Pa-ſcitur,& medium freti pietate per ignem Cultores multa premimus ueſtigia pruna.& Silius libro V. Tum Soracte ſatum præſtanti corpore & armis Aequanum noſcens,patrio cui ritus in aruo Cum pius arcitenens accenſis gaudet aceruis Exta ter innocuos late portare per ignes. Sic in Apollinea ſemper ueſtigia pruna inuiolata teras, & quæ ſe-quũtur, & libro VII. Phœbei Soractis honos Car melus agebat. & VIII. Haud procul & ſacrum Phœbo Soracte frequentãt. Quanq; Strabo non Apollini ſed Deæ Feroniæ, Varroq; non pietati, ſed medicamento id tribuit, quo illi plantas tin-guerent.eandem rem enarrans Solinus ait, Vulga tum per omnium ora quod paucæ familiæ ſunt in agro Faliſcorum,quos Hirpios vocant,hi ſacri-ficium annuum ad Soractis montem Apollini fa-ciunt, id operantes geſticulationibus religioſis exultant, ardentibus lignorum ſtruibus in hono-rem diuinæ rei flammis parcentibus. & c. Sora-ctis autem eum eſſe montem qui ex Vrbe via Fla-minia uenientibus dextrorſum conſpicitur,& ap-pellatur Sancti Silueſtri mons, eo quod ibi ſan-ctus ille vir aliquandiu principis iram ueritus latitauerit, ex ipſius diui Silueſtri vita eſt etiam vulgo notiſſimum, & comprobatur ex ſuperius ci-tata ode Flacci Horatij, qui quaſi montem digito

idicaret, amico Thaliarcho,ſiue i agro ſuo Sabino ſiue in Vrbe Roma conſtitutus ita loquitur, Vides ut alta ſtet niue candidum Soracte,& ex Seruio,qui clare dicit,Soracte mons eſt Hirpiorum in Flaminia collocatus,& addit quamobrem illi uocarentur Hirpij,quoniam (inquit) eis in hoc monte, qui Manibus conſecratus eſt, Diti patri aliquando ſacrificantibus,cum lupi ſubito uenientes exta rapuiſſent,illos diu inſequentes,delati ſunt ad quandam ſpeluncam halitum ex ſe peſtiferum emittentem, adeo ut iuxta ſtantes necaret, exinde eſt orta peſtilentia quia fuerant lupos ſequuti,de qua re reſponſum eſt poſſe ſedari ſi lupos imitarentur,ideſt rapto uiuerent,quod poſteaq; factum eſt dicti ſunt ipſi Hirpi Sorani quaſi lupi Ditis, nam lupi Sabinorum lingua uocantur Hirpi,& Ditis pater Soranus, cui perſoluebatur ſacrificium cum lupi exta rapuerunt. Sub Soracte monte Straboni eſt Vrbs Feronia, cuius(quod ego quidem nouerim) nulla extát ueſtigia. His propinquum ponitur Straboni & Solino Feſcennium, Plinio Feſcennia, quam male propterea Seruius Campaniæ Vrbem eſſe dixit contra etiam ipſius Virgilij mentem,qui Feſcenninas acies cum Faliſcis numerat,Eam autem Ciuitatem autumant nonnulli fuiſſe quæ nunc eſt Ciuitas Caſtellana,nullo tamẽ auctore certo, Illud, autẽ eſt certiſſimũ,quod ibi nõ erat Veientũ Ciuitas, quod a nõnullis ẽ ĩprudẽter aſſeueratũ,Nã ut omittã(quod ẽt ex iis quę dicta sũt facile pſpici poteſt) Ciuitatẽ Caſtellanã lõgo ſpatio intra Faliſcoꝝ fines poſitã eſſe,q a Veiẽtibꝰ diſiũcti maximeq; diuerſi fuerãt,certe Dioniſiꝰ hiſtoricꝰ li.2. auctor eſt Veientũ vrbẽ a Roma nõ pluſq; cẽtũ ſtadijs abeſſe qn C.Pl,

de Tyberi amne loquens libro tertio ait, mox ci/
tra tredecim milia paſſuum vrbis Veientem agrum
a Cruſtumino dein Fidenate, Latiumq; a Vaticano
dirimēs. Quæ cum ita ſint, nequaquam fieri poteſt
ut ibi extiterit Veientum vrbs, ubi nunc eſt Ciuitas
caſtellana (quod iſti uelle uidentur. quum (uti dictū
eſt) illa tantūmodo XIII. milia paſſuū ab vrbe Ro/
ma abfuerit, hanc uero ultra X X V. milia, & non
minus ducentis ſtadijs diſtare omnibus notum, ac
perſpicuum ſit. Cæterum quo in loco Ciuitas Veiē
tum ſita olim fuerit, quid nos aſſequi coniectura ua
leamus? cū dicat Propertius. Et Veij veteres, & uos
tum regna fuiſtis: Et ueſtro poſita eſt aurea ſella fo-
ro. Nunc intra muros paſtoris buccina lenti Cātat,
& in ueſtris oſſibus arua metunt. & L. Florus, Nunc
Veientes fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quod
ueſtigium? laborat annalium fides, ut Veios fuiſſe
credamus. Huius autem noui nominis Ciuitatis Ca
ſtelanæ ātiquior memoria quā inuenerim eſt apud
Platinam in vita quarti Adriani pontificis circa an
num Dñi MCLV. Quamobrem uериſimile eſt euer
ſa Falari, ex illius reliquijs cōſtructā, & habitatā ſſee
Ciuitatem Caſtellanā, locū natura munitiorē, & illi
admodū propinquū. Ab ipſa aūt vrbe Feſcennio
dicti ſunt Feſcennini uerſus, qui cuius modi eſſent
cum parum intellexiſſe uideatur Pōpeius Feſtus in
nuptijs dumtaxat eos cani ſolitos arbitratus, melius
intelligetur ex illis Horatij uerſibus. Agricolæ pri/
ſci fortes, paruoq; beati, Cōdita poſt frumenta leuā
tes tempore feſto Corpus, & ipſum animum ſpe fi/
nis dura ferentem, Cum ſocijs operum, & pueris, &
coniuge fida Tellurem porco, Syluanum lacte pia
bant, Floribus et vino Genium memorē breuis æui.

Feſcennina

Feſcennina per hunc inuenta licentia morem Verſibus alternis obprobria ruſtica fudit, Liberta ſq; recurrentes accepta per annos Luſit amabiliter. Neq; abſimile eſt quod libro ſeptimo primæ decadis ſcribit Liuius, Non ſicut ante Feſcennino uerſu ſimilẽ, incompoſitum temere ac rudem alternis iaciebant. Tenendum itaq; pro certo eſt, Feſcenninos verſus fuiſſe, per quos inductæ Ruſticorum perſonæ tum in ſe, tum in alios iocoſa conuicia alternis canerent non ſolum in nuptijs, (ut Feſtus ait, & ſatis ex Seneca tragico colligi poteſt, apud quem in Medea in nuptijs Glauces reginæ chorus canit, Feſta dicax fũdant conuicia Feſcenninus, & ex illo Catulli in Epithalamio. Nec diu taceat procax Feſcẽnina locutio, itemq; Auſonij, Verum quoniam Feſcenninos amat celebritas nuptialis, atq; etiã ex Plinio, qui libro x v. ait, Nuces iuglandes quanq̃; et ipſæ nuptialiũ Feſcenniorum comites, multo pineis minores) ſed etiã in conuiuijs, atq; alijs iocoſis hominum cõuentibꝰ, quod ex Horatij Liuijq; teſtimonijs, & Aniani poetę carminibus, quæ infra recitabuntur, liquido patet. Eiuſmodi autem iocis adhunc uſq; diem noſtrates Ruſtici, prę ſertim uero meſſores ac uinitores utuntur. Illis autem temporibus adeo grati erãt Feſcennini verſus. ut ne Octauius quidem Auguſtꝰ ab illis ſcribendis abſtinuerit. Vnde apud Macrobiũ ſecundo Saturnalium libro legitur, Temporibus Triumuiralibus Pollionem, quum Feſcenninos in eum Aug. ſcripſiſſet, dixiſſe. At ego taceo, non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere. Omnium autem elegantiſſime Feſcenninos ſcripſit Anianus poeta, de quo Auſonius in Centone nuptiali, Nam quid Aniani Feſcenninos, quid antiquiſ

ſimi poetæ Liuij Erotopægnion libros loquar? Is autem Anianus fuit ex noſtratibus Faliſcis, Probi grammatici diſcipulus, Auli Gellij amicus, per ea tempora quibus Adrianus ad imperium Romanū eſt adſcitus. Ideoq; nil mirum eſt ꝙ adeo ſcribendis Feſcenninis ideſt patriis verſibus prȩſtiterit, qualis autem is fuerit, qualeſq; eius uerſus ex ipſius Auli Gellij, & Terentiani Mauri verbis intelligetur. Ille enim libro ſeptimo ait, Anianus poeta præter ingenij amœnitatē, literarum quoq; ueterum, & rationum in literis oppido q̄ peritus fuit, & ſermocinabatur mira quadam & ſcita ſuauitate. Itemq; lib. vigeſimo, Anianus poeta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare ſolitus erat uindemiam hilare atq; amœniter, ad eos dies me, & quoſdam itē alios familiares uocauit. Terentianus uero etiam ipſos Vindemiales (ut ita dicam) uerſus ponendos curauit. Cætera pars ſupereſt mea tibia dicere uerſus, Hæc iuncta frequentius ȩdent Anapæſtica dulcia metra Cuicumq; libebit ut iſtos Triplices dare ſic Anapȩſtos, Atq; ille poeta Faliſcus Cum ludicra carmina pangit. Vua vua ſum, & vua Falerna, Et ter feror & quater anno. Libro quoq; dixit eodē, Vnde ūde colon⁹? Eoi a flumine uenit Orótȩ. Deinde ē apud Geographos Ortanum oppidum, quæ nunc eſt Orta ciuitas, qua & illius arce munita Etrurię Marchio Albericus (ut diximns) Vngaros in Italiam uocauit. Eam ciuitatem iandudum Epiſcopali dignitate ornatam fuiſſe cōſtat ex tertia Synodo Symmachi Papæ circa annū Dñi quingēteſimum quartum, cui iuxta Maximum Bleranum, Fœlicē Nepeſinū, Romanū Nomētanū, & Aſellū Populonienſēſubſcripſit Martianus Ortēſis Epus,

& ex Synodo Nicolai primi cui ſubſcriptus eſt Arſenius Ortanus Epus. Polymartiū & ipſa olim Epiſcopali dignitate ornata ciuitas quod patet ex Synodo tertij Gregorij, cui ſubſcripſit Maiorinus Epus Eccl'iæ Polymartij, ea teſte Blōdo, patria fuit Sabiniani papę q diuo Gregorio ſucceſſit. Corchianū ex ipſo noie licet arguere ātiquiſſimū eſſe uicū ab Horchia, quā nōnulli aſſerūt Etrurię deā fuiſſe eādē quę latinis Pomona dicebat', a qua ēt denominatū eſt alterū oppidū. ſub Cyminio Vicus Horchianus quod nomē adhuc ſeruās uulgo dicit' Vicorchianū. Vadimonis lacus, ad quē auctore Li. li. ix. initiata ē Tuſca militia, puulgato quodā auctoꝝ errore ignoratū eſt ad hāc uſq; ętatē ubi eſſet, aſſerēte Blōdo eū eſſe, q ad mōtē Roſulū uidet'. Volaterrano uero eū q in Viterbiēſi agro Romā ueniētibus dextrorſum relinquitur. At q ego uno tantū Cæcilij teſtimonio atq; auctoritate utrūq; falli atq; hallucinari luce clarius oſtendā. Scribit enī Cæcilius 8. li. ad Gallū, Exegerat ꝓſocer meus, ut Amerina prędia ſua inſpicerē, hęc perābulanti mihi oſtend' ſubiacēs lacus, nomine Vadimonis. Lacus eſt in ſimilitudinē iacentis Rotæ circūſcriptus, & undiq; ęqualis, nullus ſinus, obliquitas nulla, omnia dimenſa, paria, & quaſi artificis manu cauata & exciſa, color cęruleo albidior, & preſſior ſulfure. odor ſaporq; medicatus, uis qua fracta ſolidātur, ſpatiū modicū, quod tñ ſentiat uentos, & fluctibus itumeſcat, nulla in hoc nauis, ſacer n. eſt, ſed innatāt inſulæ herbidæ oēs arūdine & iūco tectę, et reliqua. Itaq; ſi is lac⁹ ul' ī agro mōtis Roſuli, ul' ī cāpis Viterbiēſib⁹ fuiſſet, ut iſti uolūt, ꝑfecto nō ſolū Amerina ꝑdia pābulāti ſubiacēs lac⁹ oſtēdi, ſed nec ex altiorib⁹ Ameria mōtib⁹ uideri potuiſſet

ullo modo. Ne autem legentiū animos in re tam
clara diutiꝰ tētā, Dubio procul is Vadimonis lacꝰ eſt
qui in Baſſani oppidi agro non longe a Tyberi, ip
ſoq; Tyberi ītermedio, collibus Amerinis ſubiectꝰ,
cętera quoq; ad unguem Cæcilianę deſcriptioni cō
uenit, excepto quod inſulæ illę, quas etiam Plinius
ſecundus Libro II. mobiles eſſe aſſeruit, interuallo
tanti temporis cohæſerunt, quamobrem rotundita
te manente, lacus eſt undiq; iunco & arundine circū
ſeptus, quale etiā ī agro Reatino ad Cutilias aquas
uidemus eueniſſe ubi Plinius fuiſſe ait ſimiles inſu
las, quæ nunc non exiſtunt. Cæterum lacus hic de
quo loquor, adhuc quaſi ſacer, horrorem quendam
indigenis pręſtat, nec piſces producit, ſed tantum
ſerpentes. Ex iis quæ diximus, cognoſci facile
poteſt, quam hactenus longe aberrauerint a uero,
non modo qui dixerunt eum eſſe montem Faliſcoꝝ,
qui prope Vulſinienſium lacum ſitus, vulgo dicitur
mons Flaſconus, & eos campos eſſe Faliſcos, qui ia-
cent inter Viterbium & montem Flaſconum, uerū
etiam qui opinati ſunt & Veientum olim vrbē, Ci-
uitatem Caſtellanam & Vadimonis lacum, Viterbi
enſem Naurſum, aut Roſuli montis lacum, & qui
Faleriā, eam quæ eſt Ptolemęo Ferentia, Plinio &
Straboni Ferētium, Othonis olim Imperatoris pa-
tria non multis anteactis ſęculis a Viterbienſibus di
ruta. eius inter Vicorchianum & montem Flaſco-
num extant ruinæ, quæ vulgo appellantur Feren-
tum. Siquidem hæc ponere nihil erat aliud, quam
totam Faliſcoꝝ Regionē ultra Cyminium montem
tranſportare, cum eam Ciſcyminiam, & Veientibus
Nepeſiniſq; confinem, ac Romæ uicinam fuiſſe
conſtet, & ſimul apparet uerum eſſe quod ait Myr-

ſilus Lesbius, De gentis antiquitate,origine,& lo-
cis minus remotis & exteris,quamuis alias eruditiſ-
ſimis,quam ipſi genti credendum eſſe. Regeban
tur autem Faliſci populari gubernatione,quemad-
modum & reliqui Etruriæ populi, quibus adeo re
gium nomen odioſum fuiſſe Liuius refert, ut cum
Veientes tędio annuæ ambitionis, quæ interdum
diſcordiarum cauſa erat, ueteri Magiſtratu ſub-
lato, Regem ſibi creauiſſent, ſimulq; Rom. ob-
ſidione premerentur,his omnino decreuerint auxi
lium negari oportere donec ſub Rege eſſent.
Originem habuiſſe Faliſcos ab Argiuis,& illorum
duce Haleſo,teſtis eſt Plinius & Ouidius, qui ĩ Ele
gia de feſto Iunonis ait, Argiua eſt pompæ facies,
Agamēnone cæſo,Et ſcelꝰ et patrias fugit Haleſus
opes.Iamq; pererratis profugus terraq; mariq; Mœ
nia fœlici condidit alta manu, Ille ſuos docuit Iu-
nonia feſta Faliſcos.& Faſtorum lib.I I I I.Venerat
Atridæ fatis agitatus Haleſus a quo ſe dictam ter-
ra Faliſca putat.Huc addantur & Dionyſii uerba
ſuperius relata. Colebant Faliſci ex Deis,quem-
admodum & reliqui Tuſci, Vadimonem,cui Deo
ſacer erat lacus(de quo diximus)Vadimonis cogno
minatus,Erat autem lingua Tuſca Vadimon De-
qui Romanis Vertumnus & Ianus appellabatur,
ut atteſtatur Beroſus lib.v.ad quod alluſit Ouidius
lib. Faſtorum primo loquente Iano, Me penes eſt
unum uaſti cuſtodia mundi, Et ius vertendi cardi-
nis omne meum eſt.& Propertius lib.IIII. loquētę
Vertumno,Thuſcus ego,thuſcis orior,& reliqua,
& apertius Dionyſius li.V. Vicus Thuſcus a Ro-
manis appellatur, per quem eſt tranſitus ad circum
maximum, ubi fuit templum Vertumni, ideſt Iani

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Etruſcorum principis. Cuius Iani quadricipitis ſimulacrum cū quatuor frontibus in Vrbem ex ipſa Faleria delatū fuiſſe teſtatur Macrobius primo Saturnalium libro, & Seruius loco ſuperius citato, qui addit eo ſimulachro delato quatuor illi portarū tēplū fuiſſe dicatū, & ponit cauſas quamobrē alij bifrontē Ianū haberent alij quadrifrontē. Fuit autem is Vadimon ac Ianus Tuſcorū Rex, q Saturnū hoſpitio & in regni partē recepit, habuitq; Regiam in colle, qui ex vrbe primus in Etruriā iter præſtans, propterea Ianiculus dictus, Diui Petri æde notiſſimus eſt, & de quo ait Ouidius, Arx mea collis erat quā cultrix nomine nři Nuncupat hæc ætas, Ianiculūq; uocat. Huic Deo farre tantū & uino ſacrificabant, ſignificantes parſimoniā & rudē uictū ætatis qua ille regnauit. Quamobrē ait Iuuenalis Satyra XI. Ponebant igr̃ tuſco farrata catino Omnia tūc, quibus īuideas ſi liuidulus ſis, Qua etiā uſq; ad nos cōtinuata ſuperſtitione fit, ut noſtrates pro ſacris cibis habeant placētas farratas. Colebant inſup accepto ritu a Cōditoribus Argiuis, Iunonē, quod atteſtatur Ouid. faſtoꝝ lib. VI. loquēte Iunone, Adde ſenem Tatiū, Iunonicolaſq; Faliſcos, Quos ego Romanis ſuccubuiſſe tuli. & Dionyſius ubi ait, Templum Iunonis in Faleria eodē modo conſtructum quo in Argo, ibi etiam expiationum ritus ſimilis, & ſacræ fœminę templum curantes, & quæ caniſtrifera dicitur puella innupta ſacra incipiens de uictimis, & uirginum chori laudantium Deam patrijs cantibus. Id ſacrificij genus & pompam deſcribit Ouidius in Elegia ſuperius citata, Colebant cū his & Apollinem, & Ditem in Soracte monte, & De-

am Feroniã,nec non & Horchiam,& Palladem,ob
cuius effigiem Romam inde aduectam,ait Ouidius
tertio Faſtorum,An quia perdomitis ad nos capti-
ua Faliſcis Venit?in apologetico autem Tertullia-
nus ait,Faliſcorum in honore eſt pater Curis,unde
accepit cognomen Iuno. Moribus & legibus erãt
adeo bene inſtituti Faliſci, ut propterea fuerint a
Virgilio & Silio æqui nuncupati .quandoquidem
(ut inquit Seruius) Romanus Populus ab eis iura
fœcialia collegit,& nonnulla ſupplementa XII.ta
bularum. Quin & ſuos priuatim habebant anni
menſes,ideoq; de Martio loquens ait Ouidius,Ter
tius Albanis,quintus fuit ille Faliſcis.In pleriſq; au
tem,antiquis Argiuorum moribus utebantur,a qui
bus ipſi originem ducebant,quod patet ex Diony-
ſio qui inquit, Faleria & Feſcennium & ætate mea
habitatæ erant a Romanis,paruas adhuc quaſdam
ſeruãtes reliquias pelaſgi generis,& ſubdit,In hiſq;
reſtiterunt diu multa priſcorum monumenta,qui-
bus olim græca natio uſa,ſicut armorum bellicorũ
ornatus,clypei Argolici, & haſtæ, & inferius,Quũ
autem bellum inferrẽt ipſi,aut inuadentibus ſe hoſ
tilibus obuiaturi pro finibus exercitum mitterent,
ſacri quidam viri ante alios inermes ibant,fœciales,
ſacrorumq; apparatus,& Deorum ſimulachra,ſan-
ctimoniæq; & ſacra, & alia multa ſimilia. Lino &
Cannabi, ſicut nunc ſemper abundauerunt ,hinc
Silius ait, induti ſua lina Faliſci .nec ſine cauſa
dixit Poeta induci ſua lina, cum ea ſint molliora
indumentis magis quam operoſis rebus apta.
quod teſtatur Gratius uocans ea imbellia lina.
Apud ipſos Faliſcos quoq; inuentum farciminis

genus,de quo Papinius lib.IIII.ſiluarum,Non lu-
canicæ,non graues Faliſci,quod genus hodie quoq;
in uſu eſt. Agri inter cætera proprium eſſe oues
& boues albos producere, teſtatur Plinius libro ſe-
cundo.in Faliſco herba depaſta & Clitumni amnis
aqua pota candidos boues facit,& Ouidius in eadẽ
elegia,Ducuntur niueæ populo plaudente iuuẽcæ
Quas aluit campis herba Faliſca ſuis.& primo Fa
ſtorum,Colla rudes operum prębent ferienda iuuẽ
ci,Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.& de Pon-
to lib.III.Agnaq; tam lactens,quam gramine paſta
Faliſco, Victima Tarpeios inficit icta focos. Cũ
Romanis Faliſci,quantum ex Liuio colligitur,hoc
pacto ſe geſſerunt.Fidenæ Veientum Colonia,olim
trans tyberim miſſa,iuxta Anienem ex aduerſa par-
te agri Romani in collibus non longe a Tyberi ſita
Romanorum iam facta Colonia,ad Veientes defe-
cerat, & deinde quatuor legatos Populi Romani
cauſam noui conſilij quærentes, iuſſu Lartis To-
lumnij Veientum magiſtratus,Fidenates interfece-
rant, eo Mamercus Aemilius a Romanis dictator
cum exercitu miſſus eſt, Fidenatibus & Veientibus
legiones Faliſcorum auxilio uenerunt,atq; ita triũ
populorum exercitus aduerſus Romanos inſtructꝰ
eſt.Sed initoprælio fuſi fugatiq; ſunt omnes,occiſo
etiam Larte Tolumnio:eius interfector A.Com.
Coſſus,qui poſtea eius opima ſpolia in æde Iouis
Feretrij cum ſolenni dedicatione dono fixit,Tybe-
rim cum equitatu tranſuectus, ex agro Veientano
ingentem detulit prædam ad vrbem. Sequenti an
no Romanorum exercitus in agrum Veientem ac
Faliſcum ducti ſunt,prędæ abactę hominum peco-
rumq;,Vrbes tamen non oppugnatæ,quia peſti-

lentia

lentia Romanum populum inuaſerat. In ſequenti uero anno captis a Seruilio Dictatore Fidenis, trepidatum eſt in Etruria non Veientibus ſolum, qui etiam tum rebellantibus Fidenatibus affuerant, ſed & Faliſcis memoria initi primo cum iis belli. Quãobrẽ miſſis circa XII. Etruriæ populos legatis, licet ĩpetraſſent ut ad Voltu.rnę. Fanũ idiceret oĩ Etrurię cõciliũ, i eo tñ cõcilio negata ſũt Veientibꝰ auxilia, iuſſiq; ſuo cõſilio bellũ initũ ſuis uiribꝰ exequi, nec aduerſarum rerum quærere ſocios cum quibus ſpẽ integram communicati non ſint. Præteritis deinde annis circiter XXVII. quia tempus induciarum interim poſt aliquot rebelliones cum Veientibus initarum exierat, Romani per legatos, fœcialeſq; res repetere cœperunt, & lege tandẽ de indicendo Veientibus bello perlata, exercitum magna ex parte uoluntarium Tribuni militum Conſulari poteſtate Veios duxere, Sub cuius initium obſidionis, cum Etruſcorum Concilium ad Fanum Volturnæ frequenter habitum eſſet, parum conſtitit, bello ne publico gentis uniuerſæ tuendi Veientes eſſent. Tertio autem belli anno, cum Romani Veiiq; tãta in armis eſſent ira, odioq;, ut uictis finẽ adeſſe appareret, ac Romani auxiſſent numerũ Tribunorũ ad octo, quot nunquam fuerant. Veientes contra tædio annuæ ambitionis quæ interdum diſcordiarum cauſa erat, Regem ſibi (quod ſuperius dictum eſt) creauiſſent, offendit ea res populorum Etruriæ animos, tũ odio regni, tum ipſius Regis, qui priuata cauſa grauis uniuerſæ genti fuerat opibus ſuperbiaq;, Itaq; decreuerũt auxilium Veientibus negandum, donec ſub Rege eſſent. Anno deinde ab Vrbe (ni fallor) CCCLII. Tribunis militũ ſex conſulari poteſtate

Veios obſidétibus, haud bene Romana res geſta, & auctum eſt bellum aduentu repentino Capenatium & Faliſcorũ, q duo populi (quéadmodũ initio fere diximus) quia proximi regione erant, deuictis Veiis bello quoq; Romano ſe proximos fore credentes, Faliſci propria etiam cauſa infeſti, quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerant per legatos ultro citroq; miſſos iureiurando inter ſe obligati, cum exercitibus, nec opinato ad Veios acceſſere, a quib⁹ diu in medio cæſi Romani, poſtremo deſertis munitionibus perpauci in maiora caſtra, pars maxima tum ignominioſa clade accepta Romam pertenderunt. Inſequenti vero anno ſub aliis Tribunis militum bellum Romani geſſerunt multiplex. eodem tempore & ad Veios, & ad Capenates, & ad Faleri os, & ad alia loca. & Veiis caſtra quæ amiſſa erant recuperata, caſtellis præſidiiſq; firmatur per M. Aemilium & Q. Fabium Tribunos; M. Furio in Faliſcis, & Cn. Cornelio in Capenate agro, hoſtes nulli extra mœnia inuẽti, prędę actę, incẽdiiſq; villarũ ac frugum uaſtati fines, oppida nec oppugnata nec obſeſſa ſunt. Secundo deinde anno iterum ad Veios eodem quo antea modo circa munimenta Romanorũ, cũ repẽte Capẽates Faliſciq; ſubſidio ueniſſent, aduerſus treis exercit⁹ ãcipiti prælio pugnatũ ẽ. Sed uictores Romani illos oẽs repulerũt ĩgẽti eorũ edita cæde. Proximo autẽ ãno ad Veios nihil ad modũ memorabile actũ ẽ, tota uis ĩ populationib⁹ fuit, duo sũmi Rom. Imp. Potit⁹ a Faleriis, Camill⁹ a Capena prędas ĩgẽtes egeř, nulla ĩcolumi relicta re cui ferro aut igni noceri poſſet. Inſequẽti ãno Romani deſpatã ope hũana expugnãdę Veiẽtũ ciuitatis Fata et Deos ſpectabãt, miſſis Delphos lega

tis de aqua lac⁹ Albani,quę ſine ullis cœleſtib⁹ aquis
cā ue qua alia,quę rē miraculo eximeret,ī altitudinē
inſolitā creuerat,quod fatale erat Veijs prodigium.
Cōcilia aūt Etrurię iterū habita,poſtulātibuſq; Ca
penatib⁹ ac Faliſcis,ut Veios communi aīo cōſilioq;
oēs Etrurię populi ex obſidione eriperēt,reſponsū
ē,antea ſe id Veiētibus negaſſe,quia unde cōſilium
nō petiſſent ſup tanta re,auxiliū petere nō deberēt,
nūc iā pro ſe fortunā ſuam illis negare,ſanguini tn̄
nominiq;,& p̄ſentibus periculis conſanguineoꝝ id
dari,ut ſi q iuuētutis ſuę uolūtarij ad id bellū eāt,nō
impediāt,iſq; magnus fuit q aduenit iuuenū nume-
rus.Romani Titinius Genutiuſq; Tribuni militū
ꝑfecti aduerſus Faliſcos Capenateiq; dū bellū maio
re aīo gerūt q̄; conſilio,præcipitauere ſe in inſidias.
Genutius morte honeſta temeritatē luens āte ſigna
inter primores cecidit. Titinius in editū tumulū ex
multa trepidatione militibus collectis aciē reſtituit,
nec ſe tn̄ ęquo loco hoſti cōmiſit.tātū īde terroris &
ī caſtris ad Veios et ī vrbe fuit,ut īde M.Furi⁹ Camil
lus Dictator excidēdis Veijs et ſeruādę patrię dict⁹
fuerit.Is ꝑfect⁹ cū exercitu ī agro primū Nepeſino cū
Faliſcis et Capēatib⁹ ſigna cōfert,nec ꝑlio tātū fudit
hoſtes,ſed caſtris quoq; exuit,īgētiq; pręda ē potit⁹.
inde ad Veios ducto exercitu opulētiſſimā vrbē X.
āno poſtq̄; cœpta ē obſideri,ui cępit,ab vrbe cōdita
CCCLVIII.āno captis Veijs. Inſequēti āno Tribunis
militū duob⁹ Cornelijs Coſſo et Scipiōi Faliſcū bel
lū,Valerio ac Seruilio Capenas ſorte euenit, ab ijs
nō vrbes ui,aut operib⁹ tētatę,ſed ager ē depopu-
lat⁹,prędęq; reꝝ agreſtiū actę,nulla felix arbor nihil
frugiferū ī agro relictū,ea clades Capenatē populū
ſubegit,pax petētib⁹ data. Faliſcos bellū r̄ſtabat.Id

cum M.Furio Camillo Tribuno militum eſſet man-
datum,eo accedens Camillus,cum primo mœnibus
ſe Faliſci tenerent, tutiſſimum id rati, populatione
agrorum,atq; incendijs villarum coegit eos egredi
vrbe,Sed timor longius progredi prohibuit,mille
fere paſſuum ab oppido caſtra locant,nulla re alia
fidentes ea ſatis tuta eſſe q̃ difficultate aditus,
aſperis confragoſiſq; circa, & partim arctis,partim
arduis uijs.Cæterum Camillus captiuum indicem
ex agris ſecutum ducem, caſtris multa nocte motis,
prima luce aliquanto ſuperioribus ſe oſtendit.triſa
riam Romani muniebant, Alius exercitus prælio
intentus ſtabat.Ibi impedire opus hoſtes conatos
fundit fugatq;,tantumq; inde pauoris Faliſcis inie-
ctum eſt,ut effuſa fuga caſtra ſua quæ priora erant,
prælati Vrbem peterent,multi cæſi vulneratiq;,pri-
uſq; pauentes portis inciderent,caſtra capta,prçda
ad quæſtores redacta cum magna militum ira.Sed
ſeueritate imperij uicti,eandem uirtutem & oderāt
& mirabantur. Obſidio inde vrbis & munitiones,
& interdum per occaſionem impetus oppidanorũ
in Romanas ſtationes,præliaq; parua fieri,& teri tē
pus neutro inclinata ſpe,cũ frumentũ copiæq; aliç
ex ante conuecto,largius obſeſſis quā obſidentibus
ſuppeterent.Videbaturq; æque diuturnus futurus
labor,ac Veijs fuiſſet, ni fortuna ImperatoriRoma
no,ſimul & cognitæ rebus bellicis virtutis ſpecimē
maturam victoriam dediſſet. Mos erat Faliſcis eo-
dem magiſtro liberorum et comite uti,ſimulq; plu-
res pueri,quod hodie quoq; in græcia manet,unius
curæ demandabantur. Principum liberos,ſicut fe-
re fit,qui ſcientia uidebatur præcellere erudiebat.
is cum in pace inſtituiſſet pueros ante vrbem luſus

exercendiq; cauſa producere, nihil eo more per belli tempus intermiſſo, dummodo breuioribus, modo longioribus ſpatijs trahēdo eos a porta luſu, ſermonibuſq; uarijs longius ſolito, ubi res dedit, progreſſus, in ſtationes eos hoſtium caſtraq; inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit, ibi ſceleſto facinori, ſceleſtiorem ſermonem addit. Falerios ſe in manus Romanis tradidiſſe, quando eos pueros quorum parentes capita ibi rerum ſint in poteſtatem dediderit. Quæ ubi Camillus audiuit, non ad ſimilem (inquit) tui, nec populum, nec Imperatorem ſceleſtus ipſe cum ſceleſto munere ueniſti. nobis cum Faliſcis quæ pacto fit humano ſocietas non eſt, quā ingenerauit natura utriſq;, eſt, eritq;, ſunt & belli ſicut pacis iura, iuſteq; ea non minus q̄; fortiter dicimus gerere, arma habemus non aduerſus eam ætatem cui etiam captis vrbibus parcitur, ſed aduerſus armatos, & ipſos qui nec læſi nec laceſſiti a nobis caſtra Romana ad Veios oppugnauerūt, eos tu, quātum in te fuit, nouo ſcelere uiciſti, ego Romanis artibus, uirtute, opere, armis, ſicut Veios uincam. Denudatum deinde eū manibus poſt tergum illigatis reducendum Falerios pueris tradidit, uirgaſq; eis quibus proditorem agerent in vrbem uerberantes dedit. Ad quod ſpectaculum concurſu populi primum facto, deinde a magiſtratibus de re noua uocato Senatu, tanta mutatio animi eſt iniecta, ut qui modo efferati odio iraq; Veientium exitum pene quam Capenatium pacem mallent, apud eos pacem uniuerſa poſceret ciuitas. Fides Romana, Iuſtitia Imperatoris in foro & Curia celebrantur, conſenſuq; omniū legati ad Camillum in caſtra, atq; inde permiſſu Camilli Romam ad Senatum, qui dederēt

Falerios proficiſcuntur. Introducti ad Senatum ita locuti traduntur. Patres Conſcripti uictoria, cui nec Deus nec homo quiſquam inuideat, uicti a uobis, & Imperatore ueſtro, dedimus nos uobis, rati, quo nihil uictori pulchrius eſt, melius nos ſub imperio ueſtro q̃ legibus noſtris uicturos, euẽtu hui9 belli duo ſalutaria exẽpla ꝓdita humão generi ſũt, vos fidẽ ĩ bello q̃ ꝑſentẽ uictoriã maluiſtis, nos fide ꝓuocati uictoriã ultro detulimus, ſub ditione ueſtra ſum9. mittite q arma, q obſides, q vrbẽ patentib9 portis accipiãt, nec fidei uos noſtrę nec nos impij ueſtri pœnitebit. Camillo & ab hoſtib9 & a ciuib9 gratiæ actæ. Faliſcis in ſtipendium militũ eius anni, ut Pop. Rom. tributo uacaret, pecunia imperata, pace data, exercitus Romã reductus. de hac hiſtoria cum Liuio fere conueniunt Val. Maximus, L. Florus, Iulius Frontinus lib. 4. Stratagematicon, Plutarchus, & recentiores pleriq; auctores. Fuit aũt is ãnus ab Vrbe cõdita CCCLX. ab exactis Regibus CXVI. ante Ieſu Chriſti, ſeruatoris nr̃i aduentũ tercẽteſim9 nõageſimus primus, & ab eo quo primũ Faliſci aduerſus Romanos ꝑ Fidenatibus pugnauerũt, q̃drigeſimus ſecũdus. Poſtq̃ Romanis Faliſci (ſicut ẽ dictũ) ſe dediderãt, aliquoties rebellarũt, ſed ſemp aduerſis pręlijs uicti ſũt. Interiectis. n. paucis ãnis interi Galli ex Cluſio vrbẽ infeſto exercitu petentes, fuſis ad Alliam fluuiũ Romanis ceperãt incenderantq; vrbẽ, ingenti facta occiſione, donec F. Camillus Dictator abſens creatus inter pendendum aurum cum exercitu ueniens Gallos poſt ſextum menſem vrbe expulerat cecideratq;, cum Etruria prope omnis armata Sutrium Vrbem ſocios Populi Romani per pactionem a feſſis ciuibus traditam occupauit. In-

teruẽniens autem Camillus iterum Dictator, eodem die recepit oppidum, & trucidatis paſſim Etruſcis oppidũ ãte noctẽ inuiolatũ Sutrinis reddit. Romę autem poſt tantam a Gallis factam Ciuium cædem, in ciuitatem accepti, qui Veientum Capenatiumq́, ac Faliſcorum per ea bella tranſfugerant ad Romanos, agerq́ iis nouis ciuibus aſſignatus. Quarto deinde anno Camillus & P. Valerius Tribuni militũ Sutrinis & Nepeſinis Romanorum ſociis aduerſus Etruſcos auxilio miſſi, oppida iam ab hoſtibus capta ui recuperarunt, & ſociis reſtituerunt. Poſt annos aũt circiter X X V. cũ Tarquinienſes, quæ ciuitas erat Etrurię maritimę, gentis Tarquinię, Regũ olĩ Romanoꝝ patria, cuius adhuc in agro Cornetano extãt ueſtigia, fines Romanos populabũdi pagrauiſſent, hinc aduerſus eos nata belli occaſione C. Fabius Ambuſtus Cõſul aduerſus eos miſſus incaute atq́ inconſulte pugnauit, inſigni accepta clade. Quo in bello, quia cũ Tarquinienſibus militauerat iuuentus Faliſcorum anno ſequenti ad prius deſtinata bella Romanis, Faliſci quoq́ hoſtes exorti duplici cauſa, quod cum Tarquinenſibus (ut eſt dictũ) militauiſſent, & eos qui Falerios profugerãt ex Romanis, cum male pugnatum eſt, repetẽtibus fœcialibus Romanis non reddiderant. Quamobrẽ ſecundo deinde anno Fabium ſecundum Conſulem aduerſus eos miſſum, Faliſci, Tarquinienſeſq́ prima pugna fuderunt, quod ſacerdotes eorum facibus ardentibus, anguibuſq́ prælatis, inceſſu furiali militem Romanum inſolita turbauerant ſpecie. Sed poſtea metus uanitate agnita, Romani milites in hoſtes irruẽtes auerterũt illoꝝ aciẽ, caſtriſq́ ẽt eo die potiti, præda ingenti parta, uictores reuerterunt;

Concitatur deinde omne nomen Etruſcum, & Tar quinienſibus,Faliſciſq; ducibus,ad Salinas perue/ niunt.aduerſus quorum terrorem Dictator Caius Martius Rutilius, primus de plebe dictus, multos populatores agrorum uagos palanteſq; oppreſſit, Caſtra quoq; nec opinato aggreſſus cepit, & octo millibus hoſtium captis, cæteris aut cæſis aut agro Romano fugatis triumphauit. In ſequentibus aũt annis aduerſus Tarquinienſes acerbe ſæuitũ,mul/ tis eorum in aciæ cæſis, & captis.& Cæritibus qui cum illis conſpirauerant, ob uetus Cæretis populi in Romanos meritum pace data,inducijs cum eis in centum annos factis. In Faliſcos eodem noxios au/ ſu uis belli conuerſa eſt,ſed quia nuſq; inuenti ho/ ſtes,cum populatione peragrati fines eſſent,ab op/ pugnatione Vrbium temperatum.Duobus deinde interiectis annis T.Quintius & C.Sulpitius Coss. ad bellum ambo profecti,FaliſcumQuintius,Sulpi tius Tarquinienſe,nuſq; acie congreſſo hoſte, cum agris magis quam cum hominibus, urendo popu/ landoq; geſſerunt bella,cuius lentæ tabis ſenio uicta utriuſq; pertinacia populi eſt,ut primũ a Cõſulib9, deinde permiſſu eorũ,ab Senatu inducias peterent, quas in annos quadraginta impetrauerunt. Annis deinde interiectis octo, cõditæ autẽ vrbis(ut puto) CCCCIIII.Marco Val.Coruino III.& A.Cor.Coſſo Coss,cum fœliciter ad Sueſſulam cum Samnitibus Romani pugnaſſent, eius certaminis fortuna per/ territi Faliſci,cũ in inducijs eſſent,fœdus ab Senatu petierunt.Permanſerant autem in fœdere multis ã/ nis,donec L.Papirio Curſore,Sp.Caruilio Maxi. Coss. anno conditæ vrbisCCCCLX.cum interi Ro mani trans Cyminium in Etruria multis peractis

bellis

bellis alios populos deuiciſſent, alios in amicitiam accepiſſent, cum nonnullis in inducijs eſſent, eis in Samnitico bello occupatis, & tandem uictoria parta, per idem forte tempus rebellaſſe Etruſcos allatū eſt, legationes ſociorum querebantur uri & uaſtari agros a finitimis Etruſcis quod deſciſcere a Populo Rom. nollent, obteſtabanturq; P. C. ut ſe a ui atq; iniuria communium hoſtium tutarentur. Reſponſum legatis, curæ Senatui futurum, ne ſocios fidei ſuæ pœniteret. Etruſcorum propediem eandem fortunam quā Samnitū fore. Segnius tamen quod ad Etruriā attinebat acta res eſſet, ni Faliſcos quoq;, qui per multos annos in amicicia fuerant, allatum foret arma Etruſcis iunxiſſe, huius propinquitas populi acuit curam patribus, ut Fœciales mittēdos ad res repetendas cenſerent, quibus non redditis, ex auctoritate patrum iuſſu populi bellum Faliſcis indictum eſt, iuſſiq; Coſſ. ſortiri uter ex Sānio in Etruriā cū exercitu tanſiret. euenit ea ſors Caruilio, qui poſt captum prius ui Troilium oppidum, & alia quinque caſtella locis ſita munitis expugnata, Faliſcis pacē petētibus ānuas inducias dedit, pactus centū millia grauis æris, & ſtipendium eius anni militibus.

Tandemq; poſt ānos quinquaginta illato eis bello per Q. Luctatium, & A. Manlium Coſs. illoq; intra ſex dies tranſacto, Faliſci ſe Q. Luctatio dedere coacti ſunt, cæſis Faliſcorum (ut ſuperius dictum eſt) quindecim millibus, cæteris pace data, agro ex medietate ſublato. Sæuire nihilominus in illos parabat Romanus populus, ut meritas darent pœnas rebellionis. Sed poſtq̄;(ut refert Valerius) a Papyrio, cuius manu iubente Conſule verba deditionis ſcripta erant, doctus eſt Faliſcos non poteſtati, ſed fidei

ſe Romanorum commiſiſſe,omnẽ iram placida mẽ
te depoſuit,paritercꝫ & uiribus odij,non ſane facile
uinci aſſuetis,& uictoriæ obſequio,quæ promptiſ-
ſime licentiam ſubminiſtrat, ne iuſtitiæ ſuæ deeſſet
obſtitit. In eam agri partem,quam diximus fuiſſe Fa
liſcis ablatam,deducta eſt deinde a Romanis Colo-
nia,quæ,ut ſunt auctores Cato apud Plinium,& Iu
lius Frontinus,Iunonia cognominata eſt,& Faliſca.
uerba Frontini ex fragmentis libri inſcripti de Co-
lonijs hæc ſunt. Colonia Iunonia,quæ pellatur Fa-
liſca,a tribus uiris aſſignata eſt,in qua limites inter-
ciſiui ſunt directi, in locis quibuſdam riui finales, &
caua quæ ex pactione aſſignata ſunt, termini aũt
ſunt Silicinei, & diſtant a ſe in pedes CCCLX.
CCCCXX.CCCCLXXX.& DC. cæteri nor-
males riuorum curſus ſeruant,& ſubdit. Colonia
Nepeſis ea lege ſeruatur qua & ager Faliſcorum,&
reliqua. Inclinato deinde Romano Imperio poſt ca
lamitates illas,quas uniuerſa Italia per ſuperueniẽ-
tes uelut undas Barbarorum nationes perpeſſa fuit,
hæc regio Faliſcorum tota ceſſit in ditionem Eccle
ſiæ Romanæ,ſeu uelis uulgata illa donatione Con
ſtantini,ſeu mauis(auctore Blondo Decadis primę
libro decimo)conceſſione Liut prandi Longobar-
dorum Regis Zachariæ tunc Romano Pontifici
& diuo Petro facta,Chriſtianæ ſalutis anno DCC
XLII.ſeu(quod magis uero conſonat)longa poſ-
ſeſſione,quæ a Ludouico primo imperatore confir
mata eſt,anno a Chriſto nato DCCCXVII. ut
probant ipſius Ludouici literæ poſitæ in decretis
Gratiani.LXIII.diſt.C. ego Ludouicus, quarum
eſt apud me integrum exemplum uetuſtis Longo-
bardorum literis exaratum, in quo inter Thuſciæ

loca connumerantur Portus, Centumcellæ, Cæra, Manturanum, Blera, Sutrium, Nepa, Caſtellum, Galleſium, Orta, Polymartium, Ameria, Tuder, & Peruſium, cum tribus inſulis, Quam confirmationē per eandem uerba fecit deinde etiam Henricus ſecundus Imperator Benedicto Pontifici eius nominis nono. Præter iam dicta Faliſcorum oppida, erat illud quod Strabo Faliſcum, Stephanus, Plinius, & Solinus Faliſcam appellant, conditum (ut idem ait Solinus) ab ipſo Haleſo gentis principe, cum Faleriam (eodem actore) Falerius Argiuus condiderit. Id oppidum ubi ſitum eſſet, ex iis quos adhuc legerim, nemo, qui ſciam, ſcriptum reliquit, attamen certa mihi eſt conjectura, fuiſſe in iis agri noſtri Galleſij collibus, qui appellantur vugo Pomarij qua Tyberim ſpectanr, ut non abre ſeruatū ſit nomen Pomariis, quamuis nullæ ibi ſint, neq; etiam patrum memoria furint, præter quercus, pomiferæ arbores. Iunctis autem Strabonis, & Ouidij teſtimoniis, conuincitur hoc quod dico. ait enim Strabo Faliſcum eſſe in uia Flaminia inter Ocriculum, & Romam, Ouidius autem in in Elegia ſuperius citata, quemadmodum profectus ab urbe ad uxoris ſuæ patriā quæ in Faliſcis erat e uia digreſſus perrexiſſet Faleriam, ibiq; aliquandiu celebritatem feſti Iunonis uiſendi cauſa moratus eſſet, deſcribens ait. Cum mihi pomiferis coniux foret orta Faliſcis, Mœnia contigimus uicta Camille tibi. Grande moræ precium ritus cognoſcere, quamuis Difficilis cliuis huc uia præbet iter, & reliqua. At uero nullus alius eſt locus in uia Flaminia inter Ocriculum & Romam ab ipſa Roma uenienti citra Faleriam ſitus, nec cui magis appoſitū illud Pomiferis. cōueniēs ſit, q̃ iis collibus,

quos modo dixi Pomarios appellari, nec deſunt antiquiſſima ruinarum ueſtigia eo in loco ſæpius ab aratoribus effoſſa. poterat ex hoc ſitu id oppidum diſtare a loco ubi nunc eſt Galleſium circiter mille & tercentum paſſus. Quo autem tempore deſierit habitari, mihi eſt omnino incognitum. Sed illud ueriſimile eſt inclinato Romano imperio ſuperuenientibus barbaris, illius habitatores eo relicto uicinum hunc, & natura ſine mœnibus aduerſus eas barbarorum inundationes munitiſſimum, locum nactos Galleſium condidiſſe. Quæ uero fuerit nominis ratio non difficilis eſt coniectura, quæ ſatis ex iis quæ recitaui antiquis monumentis probari poteſt, Cum appareat nomen non duplici, ut nunc ſcribimus, ſed una tantum litera L. tertio loco deſcriptũ, Galeſana ciuitas, & Galeſium oppidum, referens ſcilicet Haleſi Faliſcæ gentis auctoris & ipſius Faliſcæ ciuitatis conditoris nomen, G. aũt litera uidetur locum aſpirationis occupaſſe, aut ex uſu vulgi, quod in ſimilibus euenire ſolet, addita eſſe. Illud autem quod ab aliquibus aſſeritur, commiſtum eſſe nomen ex reliquijs Gallorum, qui a Furio Camillo profligati tanq̃ apud hoſtes Romanorum (iuxta Virgilianum illud, Hinc Agamennonius Troiani nominis hoſtis Curru iungit Haleſus equos) huc ſe receperint, cum certum ſit illos huc diuertiſſe, admitti poſſet, niſi contra ſtarent Lucius Florus, & Eutropius, qui ſcribunt omnes reliquias eorum ad lacum Vadimonis per Dolobellam deletas eſſe, ne quis extaret in ea gente, qui incenſam a ſe Romanam urbẽ gloriaretur. Galleſium ſitum eſt inter Tyberim fluuium, Ortam ciuitatem, & ipſas Faleriæ ruinas, diſtat autem a Sabina regione, intermedio Tyberi uix

duobus miliaribus, a uia Flaminia quæ per agrum Galleſij ad Orientem prope Tyberim iacet, ubi uicinior eſt paſſibus mille quingentis, ex oppoſito uiæ Flaminiæ ad Occidentem recta linea mons eſt Cyminius, & iuxta illum Surianum oppidum ad miliaria ſeptem, Septentrionem uerſus diſtat Orta ciuitas quinque millibus paſſunm, & totidem ad Meridiem ipſa Faleria. Aedificatum eſt ipſum, quemadmodum & alia fere omnia huius regionis oppida, ſuper topho ripis altiſſimis remanentibus undiq; exciſo, cuius figura in oblongum tendens orbē perſimilis eſt oblongo pyri pomo, ita ut pars ima quæ latior eſt orientem reſpiciat, Aer eſt loci ſaluber bonaq; temperies cœli, iucunda agri forma, cœlum hyeme nō ultra modum graue, iucunda etiam ęſtatis clementia, ſemper aer ſpiritu uitalis frequentius auras quam uentos habet, hic indigenæ ſenes diu quāplurimi uiuūt. plures uidimus qui centū ānos ætate excedebāt, inter quos fuit Angel⁹ Maſſa auus meus, uir qui ea ætate ſinceris ad huc ſenſibus & tenaci memoria res tam publice q̃ priuatim geſtas ab initio Pontificatus Martini quinti, quem ex Conſtātiēſi concilio ad urbem uenientem uiderat, recte enarrabat. Montes & Sabini & Cyminij procul abſunt, Ager totus eſt fere planus, ut tota regio, præterq; ꝙ illis riuorum perennium eſt interſectus alueis profundiſſimis, ita ut pleriſq; in locis alludant Virgilij uerſus, Hinc atq; hinc uaſtæ rupes geminiq; minantur in cœlum ſcopuli. & qua ſpectat ad uentum Aquilonem, & Ocriculum, non longe ab oppido ſunt ij (quos appellant monticulos) & paulo ulterius ij (quos dixi) Pomarij colles. Rerum prouentu hiſq; rebus omnibus quæ ad uictum, huma-

nūq; uſum ſpectāt ſatis uber, ubi terra minus læta⸗
minus ē ſemēti apta, q̄p pe quæ ſuper topho ſita nō
admodū alta eſſe pōt, ibi ꝓpi⁹ oppidū sūt oleę fera⸗
ciſſimę quas bonitate fruct⁹ nec Tyburtinis nec Ve
na frānis cedere autumo. Longius ſunt querceta dē
ſiſſima. Prętelabuntur uiſu ēt iucundiſſimi riui per⸗
ennes, atq; ex iis piſcib⁹ referti cōplures, quorū duo
hinc atq; illinc decurrentes paulo ſub ipſum oppi⸗
dum in unum confluūt. Scatēt ubiq; fontes, inter
quos duo ſunt animaduerſione digni, alterq uiri Fa
liſcæ gentis conditoris nomen retinens, adhuc dici⸗
tur Haleſanus, exiens ex antiquo manu cauato cu⸗
niculo, Alter uero quem memoriæ proditum ēſt ex
topho, per diuum Famianum huc uenientem uia
torio baculo, cum ſitiret, percuſſo, ſcaturiſſe emanaſ
ſeq;. Locus eſt porro ita natura munitus, atq; adi
tu inſtructis aciebus difficilis, ut non ſit noſtra neq;
ætatum memoria auditum in oppidum hoc hoſtes
irrupiſſe, quinimo nec tentaſſe, Nicolai Fortebracij
conatu excepto, quā de re literæ ſunt in regeſtis bre
uium Eugenij Datę xiiij. Auguſti MCCCCXXXIIII.
quibus Pontifex ille gratias agit Sutrinis, & Galleſi
nis, quoniā ex literis Micheletti Attenduli ſui exer⸗
citus Ducis intellexerat eos Fortebracio ſuo rebelli
præ cæteris uicinis reſtitiſſe, illūq; uirili animo reie⸗
ciſſe. Nam Ladiſlaus Rex, qui regionem hanc totā
in ditionem ſuam redegit, ac Baucham & Caſtellū
agri noſtri oppidula inter alia diruit, Galleſium nō
mō non laceſſiuit, ſed ēt benigne ſua ſub tutela ſu⸗
ſcepit, habentur in ſcriniis publicis eius literæ ſuper
hac re datæ in Caſtris ꝑpe Narniā die decimo Iulij
MCCCCXIIII. Cum uero Brittones q a Romano
populo apud Marinū Latij oppidū Vrbano VI. ſe

dente fuſi, a ſuis, qui in arce Suriani præſidio remã‑ſerant recepti, ibi uſq; ad Martini quinti Pontifica‑tum uiuentes, ſepius erũpentes regionẽ omnẽ uexa‑uerunt uaſtauerutq;, adeo ut ex uicinis cõplura, in‑terq; illa Balneolũ, Allianũ, Peſchium, & Turricula nr̃i agri Caſtella, deſerta penitus ab incolis deſtituta remãſerint, Galleſiũ tñ non ſolũ nõ uexatũ, uerũ ẽt cõfluentibus deſertorũ locorũ pfugis adauctũ fuit. Noſtra quoq; memoria in primis cognitu dignum eſt, quod dũ decimo ſexto ab hinc ãno, qui fuit hu‑manæ redemptionis MDXXVII. capta direptaq; urbe primũ Roma, deinde Narnia, Colluuies illa p‑ditorũ latronũ nullo diuino humano ue iure coerci‑ta circũquaq; populabũda debaccharetur, Galleſiũ Dei benignitate malorum omniũ fuit expers, & (ſi‑cut cecinit quidã Poeta) Multos lacera ſuſcepit ab vrbe fugatos, Queis fuit hic poſito certa timore ſa‑lus. Sunt in agro præterea Loiani, & Caceani oppi‑dorũ ueſtigia, quę quãdo euerſa fuerint ſcire mihi adhuc datũ non eſt. Fuiſſe olim Galleſium pro ritu Romanæ eccleſiæ ſede ornatũ Epiſcopali alias aliis argumentis affirmare conſueui, ut ex diui Famiani hiſtoria in antiquo maioris ædis libro (quem dicũt Horarinm) deſcripta, & multis (quæ ſunt apud me) antiquis contractuum libellis ac inſtrumentis, quæ Galleſium habẽt ciuitatem, & ex Epiſcopio adhuc extante, ſed tandem aliquando id certo comperi uí‑ſis primũ ſubſcriptionibus Cõcilii Romę ſub Mar‑tino primo eius nois Pontifice anno a Natali Ieſu Chriſti DCCCLXIII. habiti, cui ſubſcribit inter alios Dominicus Galleſii Ep̃us, deinde in Vaticana bibliotecha inter Alexandri IIII regeſta inuẽtis lr̃is datis Viterbij XIIII. kal. Febr. põtificatus ſui ãno. I

per quas idē Pont.eccleſiam Galleſinā, cuius redit•
ob deſolationem aliquot caſtrorum ſuæ diœceſeos
erant ualde diminuti eccleſiæ ciuitatis Caſtellanæ
coniungit. Quemadmodum poſtea ſimili de cauſa
per Eugenium IIII.ciuitatis Caſtellanæ atq; Orta
na eccleſiæ copulatæ ſunt. quamobrem Galle
ſij titulus quodammodo intermortuus eſt. haben
tur Eugenij literæ in regeſtis bullatarum, datæ Ro
mæ quarto idus Septembris MCCCCXXXVII. Per
quem aūt ea, quam ſic (ut dixi) amiſit, Epiſcopali di
gnitate Galleſium ornatū fuerit, eſt mihi adhuc pe
nitus incognitum atq; occultum, ueruntamē poſtq;
ſic Epiſcopo caruit a Ioāne XXIII. & Alexādro VI.
Pontificibus titulo Comitatus eſt inſignitum, extāt
illius literæ Datæ Kal. Maij anno primo ſui pon
tificatus, qui fuit MCCCC X. huius uero Octauo Id9
Septembris MDII. Pontificatus eius anno XI. Ip
ſum oppidum de manu Tyranni ereptum Pontifi
ciæ ſedi reſtituit Paulus Papa ſecundus, qui inſup
communitati Galleſij dono dedit Peſchij & Allia
ni quondā oppidorum agros, & dimidium porto
rij quod trans uehendi Tyberis nomine a uiatori
bus exigi conſueuit, atq; alia cōplura, quæ itidē cō
firmauit Xyſtus quartus eius ſucceſſor. extant literę
Sixti datæ kal. Februarij MCCCCLXXV. & Pauli
quinto kal. Septembris MCCCCLXV. De dicta eie
ctione Tyranni ſcribit etiam Iacobus Cardinalis
Papieñ. Commentariorum ſuorum libro quinto.
Cum autem inteſtinis diſcordijs mirum in modum
agitaremur, Iulius papa ſecundus, Nicolaum Ru
ueræum ſuæ ſororis natum pro Romana eccleſia
Vicarium nobis perpetuum præfecit, cuius ductu
ſedatis diſcordijs Dei benignitate ad hunc uſq; diē

quiete

quiete ac tranquille uiuimus. extant & ipſius Iulij literæ datæ. XII. kal. Octobris. M. D. XI. Sub ipſum oppidum iuxta fluentem riuum eſt inſignis ædes in Diui Famiani honorem extructa. fuit autē is Famianus uir ſanctus patria Colonieñ. genere nobilis, nomine Quuardus, patre Gotthiſcalcho, matre Giumera natus, puer primū bonis literis inſtructus, atq; optimis morib⁹ imbutus, deinde adoleſcēs parentum & propinquorum illecebris, ac mūdi deliciis repudiatis, omnem uitæ curſum ad Deū ſummum bonum direxit, ad Vrbemq; primū, inde Cōpoſtellam, Hieroſolymam, & quęcunq; ſunt apud Chriſticolas celebriora ſanctitate loca peregrinat⁹ acceſſit. profeſſus interim ad extremos uitæ annos Ciſtercienſium religionem tunc maxime Bernardi, aliquot ante annis uita defuncti, ſanctitate Florentem, & protracta peregrinatione in annos ferme XLII, Demum iam corpore ingraueſcens, quieturus Romā reuerſus, Eugenio tertio ſedēte a Diuis Petro, & Paulo in ſomnis monitus ut Galleſinam peteret ciuitatem, cum huc diuertiſſet, & ab Aſcaro indigena uiro nobili exceptus hoſpitio, poſt dies paucos ex prędicto morbo obiiſſet, innumerabilib⁹ claruit miraculis. Quapropter ab Adriano quarto Pontifice anno a Natali Domini. M.C.LIIII. mutato ſibi (ob miraculorum famam) nomine, latina nuncupatione Famianus dictus, in Diuorū numerum eſt relatus; & extra oppidum circa ipſius tumulū ſacra illi ædes extructa eſt, quæ poſtea Munaldi Epiſcopi largitione, comprobāte id Nicolao quarto Pontifice, Deiparæ Virginis, quæ intra oppidum eſt, ędi connexa, Archipresbyteri, & Cano-

nicorum ipſius interioris ædis cura regitur, ingenti cum munere dicti Iulij Papæ, qui ipſam Famiani ædem octauo menſis Auguſti (quo die feſtum in illius obitus memoriam celebratur) pie uiſitantibus, delictorum ueniam, nec non Archipresbytero, & Canonicis ampliſſimam quæcunq; delicta condonãdi facultatem conceſſit, exemplo Pauli, qui inter alia quæ (ut dixi) noſtræ Cõmunitati dono dedit, toto triduo feſti eiuſdem nundinas ab omnibus uectigalibus immunes indulſerat, quas & Iulius ipſe ad octo dies ampliauit. Gratiliani quoq; martyris, de quo ſupius eſt facta mẽtio, & quẽ alibi nuſquã nominari ne dũ coli audiui, extat apud nos (utpote cõterranei nr̃i) memoria miraculis clara, & extra oppidũ celebre ſacellũ, & idigenis uiris nomẽ i ipſius Diui honorem frequens impoſitum eſt. Scio ſæpe a non nullis quæſitum eſſe, ac quæri, cur apud hiſtoricos, præſertim antiquiores, poſt antiquas illas (de quib9 eſt ſuperius dictum) cum Romanis habitas pugnas, rara ſit non modo Galleſii, ſed totius huius Faliſcorum regionis, & hominum mentio. Duplicem his ego rationem afferri poſſe autumo. Regionis ſitum, exercitibus, & bellicis rebus gerendis male commodum, quin & (quemadmodum ex ſupradictis liquere poteſt) periculoſum, et Vrbis Romæ uicinitatem, quam non modo in his fere ſuburbijs, ſed in Mediolano conſiderat Auſonius, ubi inquit. Nec iuncta premit uicinia Romæ: etenim ex conterminis regionibus, & ex hac potiſſimum, poſteaq̃3 in Romanorum poteſtatem uenerunt, quot quot erant, uel in dies creſcebant, hiſtorijs forſan celebrandi, uel in-

genio,uel manibus promptiores,uel opibus afflue-
tiores, in Romanam ciuitatem , & militiam migra-
bant.Hinc apud Fab.Pictorem,& alios qui de anti
quitatibus Vrbis ſcripſerunt,Vicus Thuſcus.IIII.
ſtadiorum ambitus ,de quo Propert. At tu Roma
meis tribuiſti mœnia Thuſcis: Vnde hodie Thu-
ſcus nomina Vicus habet.Hinc Vicus lōgus, Vicus
Arnienſis,Vicus Stellatinus, Lartenianus,Faliſcus,
cognomina quæ a Thuſcis ſunt cōmigrantibus in
Ciuitatem Romanam.Quod nobis inuidit in itine
rario ſuo Rutilius Numatianus inquiens.Felices ē̄t
qui proxima munera primis Sortiti latias obtinue-
re domus,& ſubdens . Relligioſa patet peregrinæ
Curia laudi, Nec Putat externos quos decet eſſe
ſuos , Ordinis Imperio,collegarumq; fruuntur ,Et
partem Genij quem uenerantur habent.Hoc etiam
ſibi uolunt Virgilij,Lucani,& Silij exercituum enu
merationes,& aliæ in hunc ſenſum innumeræ pene
teſtimonijs ſententiæ . Sed quid opus tot ātiquorū
teſtimonijs?cum & noſtra,& patrum memoria,Ro-
ma etiam Vrbe ab antiqua illa longiſſimo peneq; in-
comparabili interuallo declinata, idem tamē in dies
eueniſſe audiamus,& uideamus? Accedit quod, quā
tum ad noſtros attinet,nō ſolum ipſi ad Vrbem,ſed
& Vrbs ad ipſos deuenit.Siquidem a ponte Tybe-
ris noſtri agri , cuius adhuc apparent fundamenta,
adeo hinc atq; hinc uiam Flaminiam cōtinebant tū
diuerſoria , tum ingentia alia ædificia , & illuſtriū
uirorū monumenta , quorū ē̄t plurima extāt ueſti-
gia,ut nō uicus unus,neq; plures Villæ uiderēt eſſe,
ſed ipſam Vrbē huc uſq; ꝑtendi appareret.Quap-
pter(ut ē apud Blōdū)Ammianus Cōſtātij Cæſaris

Aduentum a Conſtantinopoli Romam deſcribēs, dicit. Hormiſdam genere Perſam architecturæ peritiſſimum, in Cæſaris comitatu ductum, & omniū colloquio deſtitutū, primaria quæq; dignioraq; Vrbis ædificia diligenter inſpecta ordine ſibi oſtendere iuſſum, ab Ocriculo Romā prius ingreſſum fuiſſe, q̄; quo in loco Vrbs inchoaret diſcernere, & intelligere poſſet. Quibus conueniunt etiam uerba Dionyſij libro quarto, ita dicentis. Sed ſunt omnia circa urbem habitata loca, multa ea, & magna, facillimaq; aduenientibus hoſtibus fieri obnoxia. ſiq; aliquis ad hęc ſpectans, uelit Romæ magnitudinem exquirere, is & errare cogetur, nec habebit ſignum ullum certū quo dignoſcatur, quouſq; ſit hęc urbs progreſſa, aut unde eſſe non amplius urbs incipiat, ita urbi contexta eſt regio, præbetq; ſpectantibus opinionem extenſæ in infinitum urbis, itēq; Ariſtidis, qui ait. Deſcendit hæc urbs uſq; ad mare, ubi cōmune Emporium, cōmuniſq; omnium quæ terra eueniunt diſpenſatio. quacunq; in parte eius Vrbis conſtiterit quis, nihil prohibet quominus ſit pariter in medio, quicquid nunc Italiæ reſtat, completura eſſe mihi uidetur, unaq; futura urbs perpetua, in Ionium mare protenſa: Conſtat autem pontem proxime dictum, Tyberi impoſitum eſſe ab Auguſto: quū (auctore Suetonio) quo facilius Vrbs adiretur, deſumpta ſibi Flaminia uia Arimino tenus munienda, reliquas a triumphalibus uiris ex manubiali pecunia ſternendas curauit. Super adiecerat & in oppoſita agri noſtri rupe in præſidium Pontis Caſtellum, quod Ladiſlai regis tempore deſtitutum fuiſſe diximus. Ex his itaq; fit, ut quēadmodum de

noſtratibus anteq; Romano imperio ſubijcerentur, ob antiquitatem & ſcriptorum inopiam, ita poſtmodum quia in Romanū nomē tranſibant rara admodum mentio facta ſit. Atq; hinc puto, uel ex nominibus deceptos auctores aliquot, qui Martinum ſecundum, & Romanum Pontifices Galleſio re uera oriundos, hunc Roma, illum e Gallia oriundum tradiderunt. Sicut & primum Paſchalem (Blondo teſte) Blera natum, itidem Roma ortum eſſe dicunt. cum Romanum Galleſio patria natum referat idem Blōdus in Italia illuſtrata, Martinum ueró ſimiliter liber alius incerti auctoris de Pōtificum Vitis inſcriptus, & de utroq; idem teſtetur antiquiſſimus longobardis literis exaratus codex ex monaſterio. S. Vincentij ſupra Vulturnū ad me delatus. quem pro bis uiris pluribus oſtendi, et cuicunq; uidere libuerit ſum oſtenſurus. Quorundam tamen celebrium uirorum recens eſt memoria, ex quibus præcipue referendi ſunt Nicolaus Abbas monaſterij a uictoria comitatus Albenſis, quem egregium fuiſſe Theologum indicant eius cōmentaria, quæ in Capranicēſi bibliothecā perlegi, & Antonius Angeli facundus orator, cuius ſunt apud me orationes, et epiſtolæ aliquot luculentiſſimæ. De Fratre Petro, quem ſedente Vrbano ſexto uirum doctum, & præceptorem Xenodochij ſancti Spiritus in Saxia fuiſſe conſtat, cōperti nihil aliud habeo. Fuit etiam (licet infelici exitu) uir bello ſtrenuus Iacobus, tandem ob res nouas iubente Eugenio quarto Romæ capite mulctatus. Georgius item Saccardinus apud Venetos militū præfectus clariſſimus, qui ob ingētia merita non ſolum Ciuitate, ſed patritia etiam dignitate donatus

fuit.Hinc Sabellicus, quiſolus ex recentioribus ſcriptoribus Faliſcorum ſitum,ut pote illis uicinus, recte intellexit, in cæde Sontiaca de Georgio ipſo loquens ait.Nec non Galleſia tellus quem genuit,tellus cāpis uicina Faliſcis, Conſilij hunc olim magni fecere Tyrāni Participem, & reliqua, de quo meminit etiā idem Sabell.Libro ſexto de antiquitate Aqleiæ.Alij plures armis,literis,moribus,et cæteris bonis artibus florentes, uel uiuunt,uel noſtra memoria in uiuis fuerunt.Sed quia pene ſtulta, uel ambitioſior uideri poſſet obuerſantium oculis enarratio, illos poſteris celebrandos relinquam.

FINIS.

Errata notatu digna.

In folio C i j. linea ultima lege.Ameriæ
Fol.C i i i j .a tergo linea.x x v i .lege Corn i
Fol.D.linea penultima.lege.ab Vrbe condita
Fol.D i i .linea x x v i j .lege, c c c l v i i j .anno.
Captis Veijs inſequenti anno
Eodem folio.a tergo linea x .lege.ſecutus
Ibidem linea.x v .lege.quæ propiora
Ibidē linea.x x x.lege.hodie quoq;(ut ait Liuius)
Fol.D i i i .linea.x v .lege,didicimus

BIBLIOTECA